1185

Stanislaum olim Alberti Bolesta patruum suum Nobilissi
t Sia Gorski super arram [illegible] Nobilem Paulum Bolesta fratrē
ipsius patruelem ipsi recognitum ex quo ipse et iure pro
pior est reuocando propinquitatem iterum atque iterum de
nullitate eiusmodi inscriptionis protestatus est.

Bolescianka Reformatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscen
personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Procopij
Poletylo de Poletyly sibi sanus mente et corpore existens pa
lam ac libere recognouit. Quia Nobili Cristinae filiae Nobilis
Stanislai Bolesta consorti suae legitimae Ratione vera dotis
post eam acceptae et in bona sua importatae in medietate omnium
et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium ha
bitorum et imposterum Fauentibus Diuinis suffragijs habendo
Summam Centum Triginta florenorum polon dotalij addi
talicij autem Viginti florenorum polon more aliorum dotali
ciorum in Sacro Regno obseruari solitorum inscribit reformat
et assecurat. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Poletylo Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscen perso
naliter comparens Nobilis Cristina Bolescianka consors No
bilis Stanislai Poletylo cum eiusdem mariti sui personali as
sistentia sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit
Quia sibi Nobilis Stanislaus Bolesta pater suus pro omni et in
tegra dote ac paraphernalibus recognitam de bonis Bolesty pater
nis et maternis ex Summa Reformatoria olim Nobili Annae
Wyszkowska matri suae prouenientem plenarie satisfecit ideo
ipsum quietat bonisque omnibus paternis et maternis ab
renunciat Hac sua personali recognitione in praemis
sis mediante.